

Iam tibi decurret congressi temporis etas.
Haud unquam trepidos abrumpet buccina sonos.
Nō glaciem arctoam: nō experire furentis
Ardorē cancri. nec mensas sepe cruento
Gramine compositas. aberūt sitis aspera: & haustus
Sub galea puluis. partiq; timore labores.
Sed current: albusq; dies horeq; serene.
Et molli dabitur victu sperare senectam.
Quantas ipse deus letos generauit in usus
Res homini: plenaq; dedit bona gaudia dextra.
Atq; idem exemplar legis mortalibus eui
Imperturbata placidus tenet otia mente.
Illa ego sum Anchisē Veneris simeontis ad undas
Que iunxi generis uobis unde editus auctor.
Illa ego sum uerti superū que sepe parentē
Nūc auis in formā. nūc torua in cornua tauri.
Huc aduerte aures: currit mortalibus euum
Nec nasci bis posse datur: fugit hora: rapitq;
Tartareus torrens: ac secum ferre sub umbras
Siqua aīo placuer negat: quis luce suprema
Demisisse meas sero nō ingemit horas.
Postq; contacuit: finisq; est addita dictis.
Tūc Virtus quas nam iuuenē florentibus inquit
Pellicis in fraudes annis: uiteq; tenebras.
Cui ratio. et magne celestia semina mentis